trariarū rex misceſ effectib;. s̄ vltro que sunt aduersi-  
fa depellit. **A**ltq; nec opes inexplētā restringē auariciā  
queunt. nec potestas sui p̄potem fecerit/ quē vicioſe li-  
bidies insolubilib; aſtrictū retinēt catenis. **E**t colla-  
ta improbis dignitas: nō mō nō efficit dignos: s̄ pro-  
dit potius ostentat indignos. **C**ur ita puenit! Gau-  
detis enī res ſeſe alik habētes: fallis p̄pellare noīb; q̄  
facile ipaz rex redargiuunt effectu. **I**taq; nec ille diui-  
tie nec illa potētia. nec hec dignitas iure awellari p̄.

Uides fuit fili⁹ neptuni ex m̄re **L**i-  
bia q̄ hospites suos mactabat. hercu-  
les at apud ip̄z hospitat⁹: ip̄z econ-  
omanus q̄ cū multa bella geslit cū car-  
o⁹ **E**x quo p̄z q̄ qcqd poterit aliq̄s i-  
co ū. t p̄lequ⁹ nulla e potentia huana-  
liū/qd ip̄e nō possit sustinē ab alio⁹ q̄.  
Uide solitu. i. plueris necare hospites;  
pluī p̄oit. **R**egul⁹ pluī rōn⁹ plures pe-  
cula. s̄ mor ip̄le p̄buit man⁹ catēis vi-  
ā q̄ nō possit efficē ne alijs valeat in  
potentia.

**D**ic pbat phia fil de dignitatibz  
z ptatibz qd nō hnt i se aliqd natura  
le bonu qd snt appere. z ont  
q idem pt excludi de oibz bonis for  
tuitis ibi Postreto. pmo facit qd di  
ctu est. z ont falsa noitatione bono  
rū exterior. ibi. De qbus etiā illud  
**R**ō quā intendit ē illa. Illud quod  
in se naturalitē bonū nō pt adīngi  
peſſimis. b dignitates et ptates peſſimis  
adueniunt. g. ic. **M**aior decla  
rat in lfa. vñ dic. Si ipis dignitati  
bus et ptatibus inesset aliqd natu  
sa. i. oſpoſita ſolent ſibi ſociari. qz na  
ſit dubiū peſſimos pleriqz fungi. i. vni  
i natura q se peſſimis patiant herē. i.  
estimari de cūctis muneribz fortię q  
imū. **N**ō q duplex ē bonū. vñ qd  
et tu sunt bone. Aliud est bonū qd eſt  
moris. z ſic dignitates et ptates bone  
nō ſt. qz vt plimū peſſimis ſociant

Dic phia pbat q̄ bō fortuita nō  
pnt in suū effectuz, et sic y p̄is hñt  
fallaz denoiationē/arguedo sic. Hē  
qd̄ est naturalit̄ bonum/efficit qd̄ ē  
eip̄iū: et expellit p̄ium, sic fortitu  
do facit forte; velocitas velocē, sed  
bō fortū nō efficiunt qd̄ videt eē p  
p̄iū. qz diuitie nō faciunt diuite/ cuz  
nō restringat auariciaz, nec potētia  
facit potente, nec dignitas dignuz.  
¶ qd̄ dīcie s̄le noianē, vñ dic i lra  
De qbus bonis fortuitis illō etiaz  
puto p̄siderandū q nō dubitat illū  
eē forte cui p̄spererit inesse fortitus  
dīne, et illū esse velocē cuiuscqz inest  
velocitas, et sic musica fac̄ musicos  
medicia fac̄ medicos, rhetorica rhe  
tores. Natura ei cuiuscqz rei agit  
qd̄ sibi eip̄iū, et nō miscet effectib⁹  
p̄ioroz, et vltro, i. sponte repellit q̄ s̄t  
aduersa, i. p̄tratia. Atq̄ p certe nec

# Libri scđi Retrum sextum

opes, i. dinitie quent, i. pñt restringe inexpletā auariciā homī, i. insatiabilē, nec pñas facit illū dñtem, i. potētē quē viciose libidies retinet astridū insolubilib⁹ catenis, i. passionib⁹, et dignitas collata improbis nō mō, i. non tñ efficit dignos, s. pdit et ostentat indignos. Cur ita puenit q̄ bō fortune nō efficiunt qđ videt eis esse p̄prū, hoc ē iō, qz vos hoīes gaudetis res sese alīs habentes q̄ videant p̄pellare, i. denoiare fallis noībus q̄ noīationes facile redarguunt effectu ip̄az rez, iō nec ille dinitie iure pñt appellari cū nō faciūt dinitē, nec illa potētia, nec hec dignitas iure appellari p̄t. Nō q̄ dinitie nō faciūt dinitē, qz nō restringunt auariciā. Nā dinitie fm Gen. xvii. ep̄ se p̄posita paupertas i lege nature, tal aut̄ paupertas fm legē nature excludit auariciā q̄ insatiabilē. Natura enī paucis p̄tentia est. Nō q̄ dignitas improboz ostētāt improbos, qz improboz tanto a plib⁹ cogscit q̄nto magis inotescit ei⁹ viciū, et q̄nto aliq̄s in maiori dignitate p̄stituit rāto pl⁹ cogscit, p̄p̄t qđ dīc Gen. in puerb. Loco ignominie apud indignū est dignitas.

Hic phia oñt idem posse p̄cludi de oib⁹ bonis fortuitis, d. Postremo i. finalit licet hoc idē p̄cludē de rō forma in q̄ nihil est experendū, i. de siderādū, nihil inesse sibi natue bonitatis, i. naturalē manifestū ē, q̄ for-  
tūa nō adiūgit se sp̄ bonis, et q̄bus fuerit adiūcta bonos nō efficit.

Istō ē sextū metr⁹ h⁹ scđi

Scelerā Neronis p̄ modū descriptiona

qđ dī sapphicū ab inuictore, trochaicū a pede p̄dūante, et est vndecasyllabū, qz q̄libz syllus p̄tinet vndecim syllabas. Et ē acatalecticū, qz nlla syllaba deficit ad p̄fectionē metri. In q̄ metro phia declarat p̄ exemplū q̄ digtates, et p̄tates malis adueniētes; n̄ faciūt eos bonos, et hoc declarat p̄ Nerone q̄ qn̄to fuit potentior, rāto fuit peior. Tāgit autē phia q̄tuor malicias Neronis in h̄ metro. Prima ē q̄ vrbe Rōnā incēdit q̄ arsit septē dieb⁹, et septē nos dīb⁹, vt spectaculo illi⁹ ignis cogsceret q̄ntus olim fuerat ignis qñ Troia capta arserat. Scđm malū ē q̄ Nero magnā pte senat⁹ sine ylla cā interfecit. Tertū est q̄ p̄prū fratrē occidit vt solus securius regnaēt. Quartū est q̄ matrē suā occidi fecit vt vidēt locū vētris in q̄ iacuit. Dīc s̄ in līa Nonim⁹ quātas ruinas, i. q̄nta pīcula dederit Nero; vrbe supple Rōmana flāmata, i. incensa, et celsis, i. occisis pīibus, i. senatorib⁹, qui Nero quon dā ferus, i. crudelis interēpto fratre; ipse etiā mādūt cruore m̄ris effuso. Et designās eius crudelitatem circa matrē dīc. Et ipse Nero perrans, i. trāsiens vīlu gelidū, i. infringidatū corp⁹ m̄ris, nō tintxit, i. madidauit ora, i. faciē suā lachrymis s̄ ipē potuit sine oibus lachrymis ēē censor, i. iudex extinti decoris, i. interfecit m̄ris que decora fuit. Tam hie Nero līz ita malus ēēt, regebat p̄plos sceptro, i. impiali dignitate, hos inquā p̄plos rexit q̄s phebus, i. sol veniēs ab ortu extremo videt: condens, i. abscondens radios suos sub vndas. Et loquit more poetaz, q. d. Ip̄e rexit oēs p̄plos qui erāt q̄b ortu solis v̄sq̄ ad occasum. Sūlter regebat p̄plos q̄s septentriones, i. septē stelle que sunt i maiori vīla, que dicant triones q̄i teriones, qz illā plagā terunt gelidi, i. frigidi, p̄tēnit, plaga enī sej-

Postremo idem de tota p̄cludē fortuna licet, in qua nihil expetendū, nihil natue bonitatis inesse manifistū est, q̄ nec se bonis semp adiūgit, et bonos quibus fuerit adiūcta non efficit.

Nō q̄ bonū fortūe nō facit illud bonū cui addit⁹, sīc musica facit musicū, et virtus facit virtuosum, s̄q̄ fortūa malos q̄b aduenit, nō facit bonos, p̄q̄ nihil natue bonitatis sibi inest. Qualiter aut̄ mali malos faciūt bonos;

p̄tēbit i q̄rto hui⁹, p̄la sexta

Metrum sapphicū,

Quimus q̄ntas dederit ruinas  
Urbe flāmata patribusq̄ celsis  
Fratre qui quondam serus interempto  
Matri effuso maduit cruce  
Corpus et visu gelidum perrans  
Ora non tintxit lachrymis, sed esse  
Censor extinti potuit decoris  
Hic tamen sceptro populos regebat  
Quos videt condens radios s̄b vndas  
Phebus extremo veniens ab ortu  
Quos premunt septen gelidi triones  
Quos nothus sicco violentus estu.  
Torret ardentes recoquens arenas  
Celsa num tandem valuit potestas  
Tertere prauirabiem Neronis  
Neu grauem sortem: quotiens iniquis  
Additur seu gladius veneno

q̄b ortu solis v̄sq̄ ad occasum. Sūlter regebat p̄plos q̄s septentriones, i. septē stelle que sunt i maiori vīla, que dicant triones q̄i teriones, qz illā plagā terunt gelidi, i. frigidi, p̄tēnit, plaga enī sej-

# Prosa septima eiusdem

ptentrionalis frigida est. q.d. regebat oēs pplos aquilonares. et istos regebat quos nothus. s.vē  
tus ille collateralis austro violentus existens torret. i.cremat sicco estu. i.calore. nothus in qua  
recoquens ardentes arenas. i.calidas. venit enī ille ventus a torrida zona. t.iō calidus est. q.d.  
**Nero** etiā regebat oēs pplos australes. et sic p̄ quattuor plagas mūdi oīt eius p̄tatem sup oēs  
pplos. **Tandē** celsa. i.magna ptas nō valuit p̄tere. i.mutare rabiē. i.cruelitatez prauī **Neronis**.  
**Et** tūc deplangit p̄iunctione magne ptatis cū magna malicia. q̄ multa mala ex ea pueniunt. d.  
**Ne**u supple dico esse ḡuem sortem. i.euentu quotiens iniquus gladiis. i.inq̄ ptas addit̄ seu vē  
neno. i.yenenose crudelitati. **Nō** fm Arl. v.eth. **Principatus** virū oīt. malicia enī hoīs vel p̄  
bitas ostendit p̄ncipatu. sīc p̄ in **Nerone** cui⁹ malicia et crudelitas i'imperio sue dignitatis ap  
paruit. ppter qd̄ dixit Aristoteles **Heuissima** ē iniusticia habens arma. **Et** vij. eth. dic̄ **Simile**  
est igit̄ comparare iniusticiā homi inusto. est enī dexteror̄ bestia decies milies. plura enī vtiq̄  
mala faciet hō malus q̄ bestia. **Nō** ppter hec mala **Neronis** que tangunt in l̄ra multo pla ipse  
p̄petravit. nā dicit phia z° hui⁹ q̄nta prosa. **Nero** **Seneca** familiare suū p̄ceptorē ad eligende  
mortis coegit arbitriū. **Et** quia Nero fuit crudelissimus hoīm. ideo **Seneca** scripsit quēdā libet  
lū ad ipsum q̄ intitulat lib̄ de clemētia. in q̄ hortat cū ad fugam crudelitatis et ad usū clementie  
**Talis est comparatio temporalis glorie ad eternitatē; qua**  
**lū terre breuitatis ad magnitudinem celi.** .

**O**lim ego. Scis inq̄ ipa minimū nob̄ ambitio  
nē mortalū rex fuisse dominatā: s̄ materia ge  
rendis rebus optauimus. q̄ ne ḡtus tacita p̄senescēt.  
nisi in qntū s̄ materia rex gerēdaz. z̄ oīt phia q̄ gla sit perile bōm. et nō multū appeteda.  
scda. ibi. **Et** illa. **Dic̄** p̄mo **L**um p̄ tūc ego boeci⁹ inqua. i.dixi o phia tu scis ambitionē. i.cupidita  
te rex mortalū de qb⁹ dixisti mimū nob̄ fuisse dñataz. s̄ bñ optauim⁹ materiaz reb⁹ gerendis q̄  
ne put nō p̄senescēt in nob̄ ḡtus tacita. i.nō excitata. **Nō** q̄ in sapiete nō dñat cupiditas rex  
spalii q̄ phia inducit mobilis affluēt p̄temptū. ex li⁹ de plat. **Et** **G**oētes cū **A**thenis ad stu  
dū p̄geret. magnū pōdus auri in mare p̄cicit. d. **M**ergam te: ne mergar a te. **Nō** q̄ materia  
rex gerendaz s̄ ista sine qb⁹ res puenient geri nō p̄nt. et s̄ tria. sapia. auctoritas et potētia. **H**ine  
enī sapia nihil puenient gerit. vt de se p̄. **R**es etiā gerēda auēte. ornat. q̄ hō audētēcū libēti  
us audi. et facili⁹ ei credit. **P**otētia ho/mali dpmunt. et boni extollunt. **H**āc materia boeci⁹ de/  
siderās/potentiā et digitates q̄sūt. **Nō** q̄ boeci⁹ materia dīgtatis et ptatis iō q̄sūt ne ḡtus sua  
tacita p̄senescēt. i.nedū ipē ad senectutē pueniret. ḡtus sua tacita eēt: dñ nll's aliqd loq̄ret de lau  
de sue ḡtūtis. vel scribēt. **N**ec enī ḡtus tacita p̄senescit q̄ nō agit aliq̄s vnde aliū loquant. et dñ  
nihil scribēt de suis beneficijs. q̄ ḡtus habentē perficit. et opus eius laudabile reddit

**P.** **E**t illa Atq̄ hoc vnū est. qd̄ p̄stātes qd̄em natu  
ra mentes: s̄ nō dū ad extremā manū virtutū p̄fctio  
ne p̄ductas/allicē possit. glē scz cupido. et optimoz in  
tempūlicam fama meritoz. **Q**ue q̄ sit exilis et toti/  
us vacua ponderis: sic considera

vnū ē. s.cupido glē fama optioz meritor̄ i'repūlicā q̄ fama solet allicē mētes hoīm natura pre  
stātes. i.excellētes. s̄ nondū. i.nō adhuc p̄ductas ad extremā manū p̄fectione ḡtutū. i.ad lūmā p̄/  
fectionē. q̄ fama et gla q̄ sit exilis et vacua toti⁹ ponderis. i.p̄ciositatis sic p̄sidera ex sequentibus  
**Nō** q̄ cupido vane glē multos allicit et delectat. vñ **Sen.** lxi. ep. **dic̄** Illud p̄cipue nos impe  
dit q̄ cito nob̄ placem⁹ si inuenim⁹ q̄ nos bonos viros dicāt. q̄ prudētes. q̄ sanctos/non sumus  
modica laudatione p̄tenti q̄cqd in nos adulatio sine pudore p̄gesserit tanq̄ debitu putam⁹. opti  
mos esse sapientissimosq̄ affirmātib⁹/assentimus. cū sciam⁹ nos sepe multa mentiri. adeo q̄z in  
dulgem⁹ nob̄ vt laudari velim⁹ in id cui p̄trarī marie facim⁹. **Nō** q̄ duplex est bonitas men  
tis. s.naturalis et adq̄sita. **N**aturalis bonitas est fz quā aliq̄ naturalis s̄ p̄. māsuēti. sobrij. et casti

**H**ic incipit septima prosa huīns  
sed in qua oīt phia q̄ gla munda/  
na nō sit multū appeteda. et p̄mo in/  
ducit boeci⁹ p̄fitente se nō deside/  
rasse multū p̄dicta. s.ptates et digni  
tates nisi in qntū s̄ materia rex gerēdaz. z̄ oīt phia q̄ gla sit perile bōm. et nō multū appeteda.  
scda. ibi. **Et** illa. **Dic̄** p̄mo **L**um p̄ tūc ego boeci⁹ inqua. i.dixi o phia tu scis ambitionē. i.cupidita  
te rex mortalū de qb⁹ dixisti mimū nob̄ fuisse dñataz. s̄ bñ optauim⁹ materiaz reb⁹ gerendis q̄  
ne put nō p̄senescēt in nob̄ ḡtus tacita. i.nō excitata. **Nō** q̄ in sapiete nō dñat cupiditas rex  
spalii q̄ phia inducit mobilis affluēt p̄temptū. ex li⁹ de plat. **Et** **G**oētes cū **A**thenis ad stu  
dū p̄geret. magnū pōdus auri in mare p̄cicit. d. **M**ergam te: ne mergar a te. **Nō** q̄ materia  
rex gerendaz s̄ ista sine qb⁹ res puenient geri nō p̄nt. et s̄ tria. sapia. auctoritas et potētia. **H**ine  
enī sapia nihil puenient gerit. vt de se p̄. **R**es etiā gerēda auēte. ornat. q̄ hō audētēcū libēti  
us audi. et facili⁹ ei credit. **P**otētia ho/mali dpmunt. et boni extollunt. **H**āc materia boeci⁹ de/  
siderās/potentiā et digitates q̄sūt. **Nō** q̄ boeci⁹ materia dīgtatis et ptatis iō q̄sūt ne ḡtus sua  
tacita p̄senescēt. i.nedū ipē ad senectutē pueniret. ḡtus sua tacita eēt: dñ nll's aliqd loq̄ret de lau  
de sue ḡtūtis. vel scribēt. **N**ec enī ḡtus tacita p̄senescit q̄ nō agit aliq̄s vnde aliū loquant. et dñ  
nihil scribēt de suis beneficijs. q̄ ḡtus habentē perficit. et opus eius laudabile reddit

**H**ic phia oīt gla mūdanā n̄ ec̄

appetēdā **E**t p̄rio p̄mittit q̄ cupido  
glē multos allicit. z̄ p̄bat eā eē exi/  
le et vanā. ibi. **D**ez frē ambitū. **D**ri  
mo dicit sic. **E**xq̄ boeci⁹ q̄nq̄ q̄sūt  
dignitates et ptates ne ḡtus sua ta  
cita p̄senescēt. videt q̄ ista xp̄e lau  
dē et gla q̄sūt. iō dicit phia **H**oc  
apetēdā **E**t p̄rio p̄mittit q̄ cupido  
glē multos allicit. z̄ p̄bat eā eē exi/  
le et vanā. ibi. **D**ez frē ambitū. **D**ri  
mo dicit sic. **E**xq̄ boeci⁹ q̄nq̄ q̄sūt  
dignitates et ptates ne ḡtus sua ta  
cita p̄senescēt. videt q̄ ista xp̄e lau  
dē et gla q̄sūt. iō dicit phia **H**oc

# Libri scđi de solatione philosophie

S hec bonitas si nō emendat, vtrum sapia cito extollit hoiez ad inanē glaz. Alia est bonitas ad q̄s ita exercitio vtrum sciaz q̄ nō p̄mittit hoiez extolli vana gla. qz sapiens fructū suum ponit in p̄scia. stultus at in laude fm Macrob. Ideo dīc phia q̄ cupido glē allicit mētes natura p̄stantes nondū adhuc vtrutib⁹ p̄fetas. Nō q̄ fama est frequē laus optimoz meritoz in rēpublicā. Sz gla est clara notitia cū laude, vel gla est late patens p̄conium. i. annūciatio.

Dic phia oīt glaz mūdānā cē ex slem. nec multū appetēdā. p̄mo hoc oīt ex pte spaciū q̄ dilataſ. 2° oīt hoc ex diuersitate nationū ad q̄s n̄ diuulgat. 3° oīt idem ex diuersitate mox p̄p̄ q̄s de eodez p̄rie iudicat. q̄rto oīt idē ex breuitate duratiōis p̄p̄ quā nō p̄petuaſ. scđa ibi Adde q̄ hoc ipm. etia ibi. Quid q̄ diuerſaz. q̄rta ibi. Sz q̄multos. P̄rio intēdit tale rōne. Latitudo fame p̄si sit in latitudine fre sup̄ quā dilataſ. Sz tra nō ē lata sup̄ quā sit dilatatio fame. sīc declarat in lra. q̄ fama late nō p̄t diffundi. t p̄n̄s est exilis nec multū appetēda. vñ dīc i lra Tu ac cepisti. i. didicisti astrologicis demōstrationib⁹ oēz ambitū. i. spaciū fre obtinē. i. h̄e rōnem p̄n̄ti ad spaciū celi. i. ad magnitudinez celi. qd̄ ma gis exponēs dīc Ut si tra p̄ferat. i.

p̄paret ad magnitudinē celestis globi ipsa iudicet proslus nihil spaciū h̄e. Hui⁹ igit̄ tā exigue regionis. i. fre i mūdo fere q̄rta portio. i. q̄rta ps ē q̄ incolit. i. inhabitat ab aiantib⁹ nob cognitis sic tu didicisti a Ptolemeo hoc p̄bante Si subexeris cogitatiōe huic q̄rte p̄ti fre q̄ntū maria ⁊ paludes premūt. i. occupāt. t q̄ntū vasta. i. ampla regio distēdit siti. i. siccitate tūc vix relinquet hoib⁹ angustissima area. i. artissim⁹ loc⁹ inhibitandi. In hoc ḡ qdā mīmo p̄n̄ti p̄n̄ti. i. mīma p̄tione fre vos hoies circūsepti atq̄ p̄clusi cogitatis de p̄ulganda fama. de p̄ferēdo. i. extollēdo noie. i. fama. et hoc fit inutilit. Sz qd̄ habeat. i. p̄t h̄e gla ampliū et magnificū q̄ artata est tā angustis ⁊ exiguis limitib⁹. i. tminis. q. d. nihil h̄z magnificū Nō tra respectu celi nō ē aliqui q̄n titatis sensibil. h̄z se sic p̄n̄tus. qz orizon q̄ tminat visū n̄rm̄ diuidit celū i duo media qd̄ nō cēt si tra in p̄spatiōe ad celū h̄z aliquā q̄ntitatē. Itē si tra cēt alicui⁹ q̄ntitatē sensibil respectu ce li. tūc stelle nō apparerēt nob eiusdē q̄ntitatē. qd̄ p̄ falsū. qz in ea pte. vbi tra cēt magis gibbosat p̄p̄n̄gor celo. apparerēt stelle maiores ⁊ in opposita pte minores. Itē mīma stella fixa visu notabil; et maior tota tra. si ḡ tal stella apparet nob exītib⁹ in tra sic p̄n̄tus. multo magis tra respectu celi erit sic p̄n̄tus. Itē p̄n̄tus ē qdā indiuisibile a q̄ linea eq̄lit̄ distas fac circulū. ⁊ q̄ celū ex oī pte eq̄lit̄ distat a tra iō tra respectu celi h̄z se sic p̄n̄tus. Nō q̄ tres ptes fre se in habitabiles. vna p̄p̄ nīmū calorē. due p̄p̄ nīmū frigus. Sz q̄rta ps q̄ est tpata a caliditater frigiditate a nob inhabitat. Sz qz adhuc nō tō inhabitat p̄p̄ maria ⁊ paludes. ⁊ p̄p̄ nīmū siccitatē. iō dīc phia q̄ q̄rta ps fere ē hitabilis. Ul̄ dīc fere h̄z alios qz estus solis nō facit torridā zonā rōlit in hitabilē. cū qdā cītas dicta Teneat sup̄ quā Ptoleme⁹ dīc fūdasse astrolabiu. directe sit h̄z eq̄nocti ali. Sz dīc hitabilē qz est ḡuis inhibitionis. Sz vle eq̄noctialez oīo ē hitabilē. p̄p̄ nīmū calorē. Itē dīc q̄rta pte fre inhibitari ab aiantib⁹ nob cognitis. h̄z forsū dīc p̄p̄ antip̄des si se q̄ nob se ignoti

Dic phia oīt glaz breuis habitaculi septū plures incolunt nationes. lingua: moribus: totius vite ratōne distātes. Ad quas: tum difficultate itinez: tum loquē di diuersitate: tum cōmerci⁹ insolentia: nō modo fama hoīm singulorū. h̄z ne vrbū qdem p̄uenire queat. Etia

## Prosa septima

te deniqz Marci Tullij sicut ipse quodā loco signifi  
cat nondū caucasum montē romane reipublice fama  
transcenderat. et erat tūc adulta/parthis etiā ceteris  
qz id locorū gentibus formidolosa. **Vides ne igit qz**  
sit angusta qz compressa gloria/ quā dilatare ac p̄paga  
re laboratis? **A**n vbi romani noīs trāsire fama neqt:  
romani homis gloria progredietur?

i. tā diuersitate loquēdi. i. idiomatū. tuz. i. tam insolentia. i. incōsuetudie p̄merci. qz aliō hoies nō  
p̄suenerūt cū alijs cōicare in p̄mercijs. qz etate. i. tge Marci Tullij sic ipē Marcus tulli⁹ signi  
ficat qdaz loco. i. in qbusdā suis scriptis/ fama rōne reipublice nōdu trācenderat caucasuz mon  
te. et in fama romanoz erat adulta. i. ab antiq nota. etiā formidolosa parthis talib⁹ hoib⁹. et cete  
ris gentib⁹ id locorū circa caucasū montē. **Vides ne igit qz angusta sit gla. qz compressa. i.** in modi  
cū redacta quā laboratis dilatare et p̄paga. **A**n p̄ nunqđ gla vni⁹ hois romani illuc p̄gredieſ  
i. pueniet vbi fama romani noīs. i. romae vrbis neqt trāsire! q. d. nō. **N**ō p̄tē tre hitabili vo  
cat septū. qz est septa. i. cir cūdata mari. **U**n Linconiens in ēctatu suo de spera. et etiā p̄ Macrobi⁹  
dicunt qz q̄rta portio nra hitabilis vndiqz cingit mari. **N**ō qz insolentia fm Gen est sp̄s false  
magnitudis. b f3 Uguicl. Insolētia est supbia vel fatuitas. In p̄posito āt p̄t exponi p̄ dissuetudē  
et tūc dī ab in qd ē nō. et soleo qd ē p̄suēdo. **N**ō qz caucasus ē mons quidā situs i pte septē  
trionis/ ad quē nō puenerat fama romane vrbis. l3 parthis et alijs gentib⁹ assidētib⁹ fama roma  
noz erat formidolosa. i. formidabilis

**Q**uid qz diuersarū gentiūz mores int̄ se atqz instituta.  
discordant: vt qd apud alios laude: apud alios suppli  
cio dignū iudicet? **Q**uo fit vt si quē fame p̄dicatio de  
lectat: huic in plurimos populos nomē p̄ferre nullo  
mō p̄ducat. **E**rit igit p̄uagata int̄ suos gloria quisqz  
ptentus. et intra vni⁹ gentis terminos preclare illa fa  
me immortalitas coartabitur.

ē indicandū qz mores et institutaz leges diuersarū gentiūz int̄ se discordant ut illud qd apud alios  
iudicat dignū laude: apud alios iudicet dignū supplicio. quo fit. i. p̄p̄t qd fit. vt si p̄dicatio. i. dilas  
tatio fame delectat que. i. aliquē. nllō mō p̄ducat. i. laboret p̄ferre nome. i. famā suā in pl̄mos po  
pulos. qz l3 ab aliqbus laudaret: ab alijs tñ vituperaret. **E**rit igit qz p̄tent gla p̄uagata. i. di  
latata int̄ suos. **E**t ista p̄clara immōrlitas fame. et loqūs ironice/ qz nō est p̄clara nec immōrtal.  
illa coartabit. i. p̄stringet int̄ t̄mynos vni⁹ gentis. i. vni⁹ idiomatis. **N**ō qz tātā ē diuersitas mo  
rū in gentib⁹ qz illud qd reputat apud alios laudabile: apud alios reputat vitupabile. **R**eputat  
enī apud syrios laudabile comedē parētes mortuos ne comedant a s̄mibus in tra. qd apd alios  
ētēnos ē ecrecibile. **S**iliter apud iudeos reputat laudabile ducē uxores p̄sanguinitate propi  
mas qd apud ch̄rianos p̄hibet. **I**cē in triuallis laudabile est occidē p̄rem sexagenariū et cremare  
ipm. qd apud alios ē vitupabile. **U**n dic̄ poeta Sunt loca; sunt gentes; qbus et maectare parentes  
**E**st fas et pietas duz longa supuenit eras.

**H**3 qz multos clarissimos suis t̄pibus viros: scripto  
rū inops delevit obliuio. **Q**uanqz qd ipa scripta pro  
ficiant/ que cum suis auctoribus premit longior atqz  
obscura vetustas?  
**V**os āt. p̄tio dic̄ **O**x fama et gla nō sit immōrtal p̄t̄z. qz multos viros clarissimos. i. glosos suis

impedit. et p̄ qn̄s nō est multū appē  
tēda. vñ dic̄ in lra. **A**dde p̄dicē rō  
ni qz hoc ipm septū. i. spacū breuis  
hitaculi. i. pui spaci i qz nos hitam⁹  
incolūt. i. inhabitant p̄les natōes. i. gē  
tes distantes. i. differētes lingua. i.  
idiomate et morib⁹ et rōne totius  
vite. i. rōne modi viuēdi. ad qz non  
p̄t puenire nō mō. i. nō tm̄ fama sur  
guloz hoim; s̄ etiā nec fama vrbiz  
tum. i. tā difficolatē itiner. i. viaz. tū  
i. tā diuersitate loquēdi. i. idiomatū. tuz. i. tam insolentia. i. incōsuetudie p̄merci. qz aliō hoies nō  
p̄suenerūt cū alijs cōicare in p̄mercijs. qz etate. i. tge Marci Tullij sic ipē Marcus tulli⁹ signi  
ficat qdaz loco. i. in qbusdā suis scriptis/ fama rōne reipublice nōdu trācenderat caucasuz mon  
te. et in fama romanoz erat adulta. i. ab antiq nota. etiā formidolosa parthis talib⁹ hoib⁹. et cete  
ris gentib⁹ id locorū circa caucasū montē. **V**ides ne igit qz angusta sit gla. qz compressa. i. in modi  
cū redacta quā laboratis dilatare et p̄paga. **A**n p̄ nunqđ gla vni⁹ hois romani illuc p̄gredieſ  
i. pueniet vbi fama romani noīs. i. romae vrbis neqt trāsire! q. d. nō. **N**ō p̄tē tre hitabili vo  
cat septū. qz est septa. i. cir cūdata mari. **U**n Linconiens in ēctatu suo de spera. et etiā p̄ Macrobi⁹  
dicunt qz q̄rta portio nra hitabilis vndiqz cingit mari. **N**ō qz insolentia fm Gen est sp̄s false  
magnitudis. b f3 Uguicl. Insolētia est supbia vel fatuitas. In p̄posito āt p̄t exponi p̄ dissuetudē  
et tūc dī ab in qd ē nō. et soleo qd ē p̄suēdo. **N**ō qz caucasus ē mons quidā situs i pte septē  
trionis/ ad quē nō puenerat fama romane vrbis. l3 parthis et alijs gentib⁹ assidētib⁹ fama roma  
noz erat formidolosa. i. formidabilis

**H**ic oñt glaz mūdanā ēē exilem  
ex pte diuersitatis morū. p̄t qz de  
codē apd diuersos p̄rie iudicat. et  
intēdit tale rōne. **C**ōtrarierates in  
stitutionū et legū impedit fame dis  
latationē. b hoies p̄trariaz instituti  
onū et legū trā inhabitant. g diuersi  
tas institutionū et legū impedit dis  
latationē fame et p̄ qn̄s nō ē multū  
appētēda. vñ dic̄ in lra **Q**uid supple  
se discordant ut illud qd apud alios  
iudicat dignū laude: apud alios iudicet dignū supplicio. quo fit. i. p̄p̄t qd fit. vt si p̄dicatio. i. dilas  
tatio fame delectat que. i. aliquē. nllō mō p̄ducat. i. laboret p̄ferre nome. i. famā suā in pl̄mos po  
pulos. qz l3 ab alijs laudaret: ab alijs tñ vituperaret. **E**rit igit qz p̄tent gla p̄uagata. i. di  
latata int̄ suos. **E**t ista p̄clara immōrlitas fame. et loqūs ironice/ qz nō est p̄clara nec immōrtal.  
illa coartabit. i. p̄stringet int̄ t̄mynos vni⁹ gentis. i. vni⁹ idiomatis. **N**ō qz tātā ē diuersitas mo  
rū in gentib⁹ qz illud qd reputat apud alios laudabile: apud alios reputat vitupabile. **R**eputat  
enī apud syrios laudabile comedē parētes mortuos ne comedant a s̄mibus in tra. qd apd alios  
ētēnos ē ecrecibile. **S**iliter apud iudeos reputat laudabile ducē uxores p̄sanguinitate propi  
mas qd apud ch̄rianos p̄hibet. **I**cē in triuallis laudabile est occidē p̄rem sexagenariū et cremare  
ipm. qd apud alios ē vitupabile. **U**n dic̄ poeta Sunt loca; sunt gentes; qbus et maectare parentes  
**E**st fas et pietas duz longa supuenit eras.

**H**ic phia oñt exilitatē glē ex bre  
uitate durationis. p̄t qz nō ppetu  
atur. **E**t diuidit in tres p̄tes. p̄mo  
oñt hoc ex hoim obliuioe. 2° ex t̄pis  
breuitate. ibi. **V**os x. 3° oñt glam  
a viris stuosis nō esse appētēda. ibi

# Libri scđi de solatione philosophie

qib⁹ deneuit inops,i.defectuosa oblioio scriptoz.quanq⁹ etiā ipa scripta pficiant qđ.i.parū, q  
scripta longiorz obscura vetustas tpis premitt, i. pluimt cū suis auctorib⁹ qz s̄c scripta.  
**N**ō q  
scripturā fama gestoz trāmittit ad posteros.tal aut̄ scriptura qnq⁹ deficit: vel ppter inopiā scri  
ptoz.vel qr ipsa scripta in se vetustate pluimunt,et iō fama z gla in obliuione puenunt,vn Salu  
stius i catilinario querit res gestas romanoz min⁹ ee famolas ppter inopiā scriptoz.  
**A**thenic  
sum vno maioris fame qz romanoz propter scriptoz copiam.

**H**ic phia ont famā z glaz nō ee  
durabile z imortale ex tpis breuitate.d.  
**N**os vno hoies videm vob⁹ p  
pagare,i.facē imortalitatē/cū cogi  
tatis famā futuri tpis.z i h⁹ frustra  
cogitatis,qr exilis ē duratō fame p  
tpis,qd.s.tps si p̄ctes,i.p̄pares ad  
infinita spacia etnitatis/qd habes  
qz leteris de diuturnitate tui nois!  
i.tue fame,q.d.,nihil ē.  
**E**tenī mora  
vni⁹ momēti si p̄ferat,i.p̄paref de  
ce milib⁹ annis:hz aliquā p̄portionez  
lz mūmā,i.valde parua. qm vtrūqz  
spacii tpis ē finitū,s h̄ numerus āno  
rū,i.dece milia;vel ci⁹ nūeri qntūli  
bet multiplex sic dupli v̄l tripli:n  
pt p̄pari ad inkminabilitatē diutur  
nitatis q ē etnitas,qr finitis ad se i  
uice qdā suēt collatio,i.p̄atio,infiniti  
tūlībz plixi si cogitef p̄pando cū inexhausta,i.infinita etnitate ipsa videat nō pua s plane nlla  
esse.  
**N**ō omē qd incipit in tpe:ncario hz finē in tpe,cū sit cā corruptōis tpaliū,iiij.phyf.  
**C**uz  
igif fama sit tpalis/incipiēs:ipa desinet in tpe,z p̄ dñs nō est ppetua.  
**N**ō q tps qnticūqz ma  
gnū p̄pati ad etnitate/mimū reputat z q̄ nulli⁹ momēti.lz enī finitorz ad se inuicē possit ee p̄pa  
tio z in tps possit ee p̄portio:tn finiti ad infinitū nlla est p̄atio.  
**C**ū igif etnitas sit duratio infi  
nita tota s̄l exns.z tps qnticūqz magnū sit finitū.tps nllam hēbit p̄portionē ad etnitate,z per  
dñs fama qnticūqz prolixo tpis p̄pata ad eternitatem:nlla videt esse.

**H**ic phia ont glam a viris v̄tu  
sis nō ee curandā,et hoc duab⁹ rō/  
mib⁹,scđa ibi.  
**Q**uid at est.  
**P**ria rō  
ē illa.  
**I**ld qd spectat ad leuitatē ar  
rogatię;a sapientib⁹ nō est curandū.  
s gla ppter quā hō recte facit ppter lau  
des hoim/illa spectat ad leuitatē ar  
rogatię,z est digna derisione,g z  
**Q**uā aut tal arrogatię sit quedā deri  
sio declarat i lra,z dicē.  
**N**os hoies  
nescitis recte facē nisi ad p̄pares au  
ras,i.ad p̄ploz p̄placētias z ad ina  
nes rumores z laudes,z vos postu  
latis,i.desideratis p̄mia de sermūcu  
lis alienis,relicta,i.postposita p̄stan  
tia,i.dignitate v̄c p̄scie,z v̄tutis p  
pter quā debētis recte opari,  
**A**ccu  
pe,i.p̄sidēa q̄festiu,i.glose alijs il  
luserit,i.deriserit quendā dicentē se  
ee p̄hm i leuitate hmōi arrogatię.  
**N**ā cū qdā tyranus esset adorsus p̄tumelij,i.incepisset alloq  
p̄tumeliose quēdā hoiez q̄ induerat,i.vsurpauerat sibi falsū nomē phī,nō ad v̄lūz vere v̄tutis:s  
ad supbā glam,z tyranus adieciſſet,i.dixiſſet se iā sciturū an iste eet p̄hs/si qđem illatas sibi in  
surias patientē leuitqz tolerasset.  
**I**lle q̄ dixit se p̄hm/paulisper patientiā assumpſit,s.in p̄ncipio,z  
accepta p̄tumelia a tyrāno velut sibi insultas inq̄t ad tyranū.  
**I**ntelligis ne me esse p̄hm,tūc ille

# Retrū septimū

tyrannus mordacit inq̄t Intellecerā te p̄hī si tacuisses. **Nō** fm Cōmentatorē in plogo. viij.  
phys Verus p̄hs d̄z ec p̄fect⁹ oib⁹ generib⁹ v̄tutū, ⁊ p̄ ſūs debet cē magnanum⁹. **A**z fm Scn.  
in li. de clem̄ magnanimi c̄ iniurias ⁊ offensiōes supbi despice. ⁊ p̄ ſūs v̄bis p̄tumeliosis puoca  
ri nō d̄z. **T**ē veri phī est nō vinci a passionib⁹ ſi pot⁹ d̄z moderaret refrenare passiones. cuz  
v̄tus p̄lstat i moderatione passionū. vii Arl. viij. eth. dīc Mansuet⁹ vult imperturbatus esse et nō  
duci a passione. **V**n q̄dā p̄hs p̄tumelioſe ſibi iſultanti dixit **T**u didicisti malcedicē; ſi ego didici  
maledicta p̄temere.

**D**ic phīa ponit ſcdaz rōnez q̄ ta  
lis est. **D**ioies v̄tuos vel tōliter mo  
riunt corper aia; vel aia viuit post  
mortē. **S**i tōliter moriunt; nihil ſpe  
dat ad eos de gla p̄ mortē. **S**i aia  
coz viuit p̄ mortē illa pent celū.  
ſpernēs oē terrenū negocī, ⁊ ſic ni  
hil ad cā de frenā gla. **G** apd v̄tu  
os hoies nlla d̄z ec cura de gla. **D**i  
cit ḡ in l̄ra. **Q**uid ē q̄d ad p̄cipuos  
i. ad v̄tuosos viros attineat de fa  
ma p̄ resolutū corp⁹ extrema mor  
te. q.d. nihil. de his enī viris ē fmo n̄ qui petūt. i. q̄runt glam v̄tute. i. opib⁹ v̄tuosis. **N**ā ſi hoies  
roti moriunt corpe ⁊ aia vt quidā putat. qd tñ n̄re rōnes. i. phīce vetant. i. phībent credi. qr fm  
phīam aia intellecīa c̄ imortāl. nlla eft oio gla p̄ mortē. cu ille oio nō extet. i. non ſit cui⁹ ea gla  
eſſe d̄z. **S**in hō mens bñ ſibi p̄scia. i. illesa/ resoluta. i. liberata freno carce. i. a corpe/ p̄ mortē li  
bera petit celū. **N**ōne ipa aia q̄ celo fruēs gaudet ſe exēpta frenis/ ipa ſpernit oē frenū negoc  
um ⁊ p̄ ſūs frenā glaz⁹. q.d. ſic. **N**ō q̄ ad v̄tuosos nihil ſpectat de fama nec in p̄nti vita: nec i  
futura. **N**ō in p̄nti qr̄ dīc. **S**en in puerb. q̄ plimi curāt famā; pauci at p̄sciam. ⁊ tales pauci cu  
rātes p̄sciam. ſt v̄tuosiz phī. de quib⁹ loquit̄ boeci⁹ in fine Etat⁹ de ſūmo bono. d. **P**auci ſt viri  
honorādi ſic phī q̄ p̄temnit desideriū ſensuſ ⁊ ſequunt desideriū intellecī. **P**limi at ſt q̄ curāt  
famā ſic ſt vulgares q̄ relida v̄tute p̄scie: ꝑt laudes hoim recte faciūt. **D**e qb⁹ dīc ſc̄ptura A  
mē dico vob⁹/ receperīt mercedē ſuā. **N**ec etiā fama ſpectat ad viros v̄tuosos i futura vita q̄ vir  
tuosi ſi tōlit moriunt/ nihil ad eos de fama. **S**i at aia viuit p̄ mortē/ iſta euolat ad celuz. ⁊ nihil  
curat de fama. ſpernit omne frenū negocī. ⁊ pot⁹ gaudet qr̄ ē exēpta a curis frenis ⁊ gaudio  
**M**otru iam hīc ſi archilochiū celeſti fruit in eternū

*...junto a cada uno de los cinco artículos.*

**S**umnumq; credit gloriam.  
Late patentes etheris cernat plagas  
Artumq; terrarum sicutum  
Breuem replere non valentis ambitu  
Pudebit aucti nominis  
Quid o superbi colla mortali iugo  
Frustra leuare gestiunt?  
Licet remotos fama p populos means  
Diffusa linguis explicet.  
Et magna titulis fulgeat clara domus  
Mors spernit altam gloriam  
Inuoluit humile parit et celsum caput

**D**ic incipit metz septimū h<sup>o</sup> scđi qđ dī archi-  
lochii ab inuentore, iābicū a pede p̄dante, t̄ com-  
stat ex p̄mo & su fmetro, 2<sup>d</sup> dimetro. In quo metro  
phia docet quomodo gla sit p̄temnēda ex p̄sidera-  
tione amplitudis celi et strītitudis terre, dicens.  
**Q**uicūq̄ petit, i. desiderat p̄cipiti mēte solā glaz.  
t̄ credit istā eē lūmū bonū, i. p̄cipiū int̄ appereda:  
iste cernat, i. p̄siderat plagas etheris, i. pres celi late:  
patētes, t̄ cernat artū sūmū traz, i. strītū spaciū tre:  
in p̄spatione ad celū; ille pudebit, i. verecudabit au:  
di nois, i. audie fame sue/n valētis replē breue am:  
bitū, i. paruū spaciū tre. **E**t tūc exclamat. d. **H**oc p̄p̄t  
hoc miror qđ, i. p̄p̄t qđ supbi gestūt, i. cupiūt fru:  
stra leuare, i. extolle colla sua mortali iugo, i. mor:  
tali fama, l3 enī fama diffusa means, i. trasiens per:  
remotos p̄p̄los, explicet se linguis, id ē, p̄ linguas  
p̄p̄loz, t̄ l3 magna dom<sup>o</sup> tua, i. nobil' pareclā v̄l fa:  
milia tua fulgeat claris titulis, i. laudib<sup>o</sup>, t̄n mors  
spernit altā glām, t̄ mors parit, i. s̄l' inuoluit hūile  
caput, i. misere hoiez et celsū, i. nobile vel dīvitē, t̄  
mors equat infima lūmis nlli p̄cendo, qđ declarat  
d. **U**bi nūc manet ossa fidel' fabrichij, qđ Brut

# Libri scđi de cſolatione philosophie

aut rigidus Catho ſupple eſt. q.d. qd manet de gla  
eoz poſt morte. utiqꝫ modicū. illud manet qd te/  
nus. i. exilis fama / ſupſtes. i. manes ſignat iane no  
men eoz pauculis lris ſcriptis i epitaphijs eoz. ſ  
qd id ē. i. ad qd nouim⁹ decora vobula ſcpta. nun  
qd intelligit p ea ipos eſſe plumpitos. i. mortuos?  
q.d. immo. Jacetis g̃ mortui proſlus ignorabiles  
nec fama efficit vos notos. Et qr alioſ dicet. licet  
ipſi ſint mortui corpe: tñ viuit h̃ fama. dīc phia  
Si putatis vitā vram longius trahi. i. plongari  
aura mortal' nois. i. ſplēdore mortalis fame cuꝫ ſe  
ra. i. vltia dies vobis hoc rapiet. i. fama auferet. iam  
vos manet. i. expectat ſcđa mors. q.d. ſi eſtis pri⁹  
mortui corpe: t fama manes ſit vita ṽa; illa ceſt  
ſante ſcđario moriem⁹. Nō fabrici⁹ fuit pſul ro  
man⁹ q̃ cuꝫ mitteret pugnare h̃ Pyrrhū regē epi  
rotay. rex pmiſit ſibi ptez regni lui ut enſiret ad  
ipm. qd fabrici⁹ tremplit. ſequētā ſāo Pyrrhus  
obtulit ſibi magnā pecuniā aurī ut cederet Roma/  
nū imperiū. cui ait fabrici⁹ Roma nō vult aurū.  
ſi vult impare h̃ntibus aux̃. ppter hoc ipſe dīc⁹ ſu  
it fidelis fabrici⁹. Dicit etiā de fabricio q̃ cuꝫ q̃  
dā ad cuꝫ veniſſet pmiſtis ſe pyrrhū occiſurū ſi fabrici⁹ ſibi pecuniā aliquā dare vellet. ipē ſo  
fabrici⁹ h̃nū traditorē ligati miſit ad pyrrhū p ſali ſcelē puniēdū. Cui tūc pyrrhus dīc⁹ Poſ  
libili⁹ ē ſolē a ſuo traſmite deniare q̃ fabrici⁹ a via recta rōnis diſcedē. Nō q̃ Brut⁹ ſuit pri  
muſ ſuſl rōnus q̃ amore libtatis i iuſticie ppter ſtup⁹ Lucrecie pl̃ma egit. t multa bella p rōnis  
inīt. ppter qd etiā famoſus fuſt. Nō q̃ Catho dīc⁹ ē rigid⁹ ppter rigorē aī ſui qui ad nihil turpe  
ſleacti potuit. et tāte iuſticie fuſt ut Lucan⁹ ipm dīs ſparet in iudiſcādā cā q̃ ſuit int̃ Julii celas  
rem et Pompeiū dīc̃s. Dicitr̃ cā dīs placuit h̃ vita Cathoni. Et de hoc magis patebit q̃to  
huius p: oſa ſcđ

**P**robat aduersam fortunā meliore prospera

Iſta ē octaua pſa hui⁹ ſcđi. et qr  
phia oīt bō fortue nō multū eē ap/  
petēda/ alioſ putaret q̃ i fortū ni  
hil eet boni; iō iā oīt phia cuiuſmo  
di bonū ſit i fortū. t pbat fortunā  
aduersā pl̃ eē bonā q̃ pſperā. t p̃  
pmittit ſuā intētione. 2° pbat inten  
tu. ibi. Illa ei Prio dīc⁹ Boeci ex  
dīc̃is p̃ q̃ fortū ē ptemnēda. ſed  
ne putes me gerē. i. facē bellū inero  
rable. i. implacabile h̃ fortunā ſup  
ple ſcias q̃ alioñ eſt. i. ſtingit q̃ ipſa fortū nihil fallax. i. nihil fallacit agēs bñ mereat de hoib⁹  
eo q̃ alioñ bonū euenuit hoib⁹ p ea tum. ſ. cuꝫ fortū ſe agit maniſtādo ſuā fallitatem. cuꝫ deregit  
frontē p ſui aduersitatē. cuꝫ pſiteſ mores ſuos p instabilitytē. Et ſbdit phia. nō dñ forte intelligis  
qd loqr. qr mirū eſt qd ego gestio. i. cupio dīc̃. eoqz. i. iō vix queo explicare ſnuaz ſbis. etenī ego  
reor. i. opior aduersam fortunā pl̃. pdeſſe hoib⁹ q̃ pſperā. Nō qñcuqz in alio dīc̃o videſ eē re  
pugnātia illud videſ mirabile dīc̃. ſ. dīc̃ fortunā aduersā hoib⁹ pdeſſe. videſ eſſe quedā re/  
pugnātia in dīc̃o. nā eſſe aduersū alicui t ſibi. pdeſſe. adiuicē repugnat. iō dīc̃ phia mirū eſt qd  
gestio dīc̃. ſez fortunā aduersam magis pdeſſe q̃ pſperā.

Nic phia pbat intentū q̃ fortū  
aduersa melior ſit q̃ pſpa t̃b⁹ rōni  
bus. ſcđa ibi. Postrēo. ſtia ibi. An  
hoc. Prio dīc̃ Illa fortuna pſpa ſp  
Illa enī ſp ſpecie felicitatis cuꝫ videſ blanda mentis.  
Hec ſp vera ē. cuꝫ ſe instabilitytē mutatione demonstrat.  
Illa fallit; hec instruit. Illa mendaciuz ſpecie bonoz

Equatqz ſummis infima

Ubi nunc fideliſ oſſa Fabricij manent?  
Quid Brutus aut rigidus Catho?  
Signat ſuperſtes fama tenuis pauculis  
Inane nomen litteris  
Sed quid decora nouimus vocabula  
Num ſcire consumptos datur?  
Jacetis ergo proſlus ignorabiles  
Nec fama notos efficit  
Qx ſi putatis longius vitam trahi  
Mortalis aura nominis  
Cum ſera vobis rapiet hoc etiam dies,  
Iam vos ſecunda mors manet

## **P**rosa octaua

mentes frumentū ligat. hec cognitione fragilis felicitatis: absoluit. Itaq; illaz videoas ventosam: fluentem: sinq; semper ignarā. Hac sobriā succinctamq; et ipsi

aduersitatis exercitatione prudentē

tes i se fallit. hec at aduersa fortia hoiez intruit oncedo q no sit pia can pipe fortia. et er mu  
tabilitate. Illa. s. pspa fortia ligat. s. fallido metes fruentiu hoim spcie bonoz medaciu. hec. s. ad  
uersa fortia absoluuit. i. liberat. s. metes hoim cognitiōe fragil. i. insitorie felicitatis. Et tūc recolit  
git effect vtriusq fortia. d. Itaq illa. s. psperā fortunā vides ventosā. i. supbā fluetē. i. pdigā. et  
sui ipsi ignorā. nā hoies in pspitate ptiua/seipsoz nō cognoscunt. hāc. s. aduersam fortunā tu vi  
des sobria et succinta. i. humile nō supbā. et prudentē exercitatione aduersitatis Nō q ex ista  
lta pnt formari tres rōnes q aduersa fortia melior sit pspa. Pria rō est ista Bona fortia i spe  
cie vere felicitatis decipit hntez ipam. s. fortia aduersa nō decipit. s. vera ē. ostēdens se talē qlis  
est. g aduersa melior est qz pspa. Scda rō est. Prospā fortia ligat metes hoim medacib' bois.  
s. aduersa liberat metes a fassa felicitate. g ē melior. Tertia rō. Prospā fortia reddit homies sui  
ignaros. s. aduersa facit hoies sapientes. g ē melior qz prospera.

**Postremo felix a vero bono deuios blandicijs est.**

aduersa plenior ad vera bona reduces yncō retrahit

**aduersa** ē fortūa aduersa ē hmoī. g. xc. **Qui** dīc in līa Postrēo felix. i. pspa fortūa. cu lit  
is blādīcūs thit deuios. i. errātes a vero bono. s. aduersa fortuna plerūq; rethit vno. i. tenaculo  
reduces. i. reuertētes ad vera bō. **Nō** q; qr. pspa fortūa videt ec pinq; felicitati eo q; sine bo  
nis fortūe nō stingit ec felicē. ex de bō fortūa. iō suis blādīcūs thit hoīem sensualē a vero bono  
qd p̄sistit in speculatōne dei. Aduersa at fortūa/qr. oñt. psp̄erā fortunam ec mutabilē. ipa reducit  
**hoīem** ad verū bonū qd ē imutabile.

**A**n hoc int̄ minima estimādū putas. q̄ amicoꝝ tibi si  
deliū mētes; hec aspera/hec horribilis fortūa detexit?  
Hec tibi certos sodaliūvultus ambiguosq; secrenit.  
discedens/suos abstulit:tuos reliquit. **Q**uāti hoc in/  
teger ut videbaris tibi fortunat̄emissis? **D**esine nūc  
amissas opes querere. quod preciosissimū diuītarum  
genus est/amicos inuenisti

coz.q.d.asp fortia docuit te discernere inter eos amicos et falsos. qz psp fortia a te discedes abs tulit suos. i. q erat amici rone pspitatis. et reliqt tuos amicos q te dilexerunt non pte tua. O qnti. i. qnto pcio tu emisses hoc integer. i. i integritate fortiae pstitut cu videbaris tibi fortuat ut potuis ses cognoscere veros amicos. nunc desine. i. cessa querere opes. i. diuitias amissas q inuenisti veros amicos q sit piosissimum gen dicitur. No i aduersitate falsi amici fugient. si tpe pspitatis manet. vn Ben. i. li. de rem. Quem tu felicem credis. illi multi comitantur. ut mel musee sequuntur. cadane ra lupta frumenta formice. predam ista turba sequitur. non hoie. No q aduersa fortia omnes fideles amicos. vn Ben. x. ep. Turba familiaris cui a te pasci desierit. ipa te non pascet. et qd tu beneficio tuo scire non poteras. paupertate scies. illa veros amicos retinebit. discedit qcuiqz non te s aliud sequerat. Est autem ppter hoc unum amanda paupras q a quibus ameris ostendit. Unde pauper hericus. Preualeat hoc solo mala soror q monstrat amicos. Qui boni q mali monstrat veraq via. Ita poeta Tpe felici non cognoscunt amici. Forte patet misera q sit dilectio ea. Ita alibi Cu fuisse felix multos numerabis amicos. Tpa si fuerit nubila. sol eris. Ita Tobias fluctuat ab celum ve nalis amic egenum. Qz ver refouet ut fabricat amor. No q fideli amic piosissimus gen dicitur. Et amic. ix. eth. est alius ego. i. amicorum est idem velle et nolle. Non enim eligit vine sine amicis hinc reliquum. Et Ben. ix. ep. dic Sapientia et si pertinet sit se ipso cum amicu hinc vult pte nihil aliud nisi ut exerceat amicicia ne tam magna statura lateat. Et nulli i li. de offici. dic. Honores: diuitiae: et

# Retrū octauū scđi

**H**ic incipit octauū vltimū metz h<sup>o</sup> scđi qd dī glyconicuz ab inuictore amphimacru a pede pdnante et ē amphimacrus pes antiqu<sup>z</sup> astas ex pma r vltia lōga r duab<sup>z</sup> breuib<sup>z</sup> medys **D**icit<sup>z</sup> ab amphi qd est circūr macros lōgu. qī hñs circunqz longā syllabā. In q metro phia pmedat amore ex q dixit q amici s̄ piosissimū gen<sup>z</sup> diuitiaz. Et pmo pmedat amore di uinū. 2° ont quō hūana natura amicicia p̄fuat ibi. **H**ic sancto Prio fac hoc qd dictū ē. 2° ont q ablatō dīno amore oia corrupunt ibi. **H**ic si frena. **P**rio dic Amor dīnus regens tras ac pelagus r imperitās. i. frequentē imperās celo ille amor ligat hāc seriē. i. cordiā rez q mūdus stabili fide variat cordes vices. i. altnatiōes tempoz anni. i. noctis r diei. 2 q semia pugnātia. i. elemēta p̄zia tenet ppetuū fedus. i. cordiā ne vnū totalit aliud corrumpat. q phebus. i. sol curru aureo puehit. i. pdciut aureū. i. clarū dīe. idem amor facit vt phebe. i. luna imperet. i. p̄lit noctib<sup>z</sup> q̄ noctes hesperus. i. stella vesp̄tina durerit. i. adduxerit. r vt audiū mare ad exēndū coercent flud<sup>z</sup> si os certo. i. definiato fine ne liceat sibi tendē. i. extēdē latos terminos vagis. i. amplis tris supple tōlit coopiendo trā. Nō q Tull. loquēs de amicicia dic Amicicia ē p̄tus monēs supiora ad ptectionē inferiorz et inferiora ad subiectionem supioz. Amicicia enī sblata/ois i vita tollit iocunditas. Nō q elemēta appellat semia qz ex ip̄is tanqz semib<sup>z</sup> elemētata pdciunt. **H**ic enī semē est pncipiū fruct<sup>z</sup>: sic elemēta s̄t pncipia corporū mixtoz. Et dīc elemēta pugnātia p̄p̄t ip̄oz p̄zietate: nā aliq̄ snt calida; aliq̄ frigida; qdā hūida; qdā sicca. Hec elemēta dīno amore ordiate tenet p̄p̄t fedus qz ḡutas inferiorz nō aufert levitate supioz. nec econuerlo. r simul totalit nō corrūpunt.

**H**ic ont q amore dīno subracto oia corrumpunt. **S**i hic amor dīnus remiserit frena. i. legē gubnādi res; q̄cquid nūc aij mat inuicē. i. cordat illud p̄tinuo geret bellū. r ip̄a elemēta certant. i. litigāt soluē. i. destrue machinā. i. mūdanā quā nūc socia fide. i. cordi fedē incitat pulcris motib<sup>z</sup>. i. faciūt ordiate mouē.

Nō q sublato amorez cordia/oia dissoluunt. **V**n Alan<sup>z</sup> i anticlaud loquens in psona amoris z cordie dic. **S**i mea iura; meas leges; mea federa; mundus p̄lim seruasset; vel adhuc seruaret; amoris vincula. nō tatis gemēt s̄ cladibus orbis

**H**ic ont phia quō p amorez seruat z p̄ciliat amicicia humana. **D**ic amor p̄tinet. i. seruat p̄los iūctos scō. i. vtuoso fedē. i. amicicie. r hic amor necit sacrū. i. sac̄m p̄iugū castis amoribus viriz vroris. r hic amor dictat iura sua. i. imponit legē amicicie fidis sodalib<sup>z</sup>. r q̄ ista pueniūt ab amoē dīnō tanqz a suo pncipio: iō subiungit. **O** felix gen<sup>z</sup> hom̄i supple dico si amor sc̄z dīnū q̄ celū regit regat aios vros supple causando i eis cordiā amicicie. Nō q̄ amor dictat iura fidis sodalib<sup>z</sup>. **J**ura aut amicoz r sodalū inuit. **G**en. iij. ep. dices. **D**iu cogita an aliq̄s in amicū sit tibi recipiend<sup>z</sup>. s̄ cū placuerit fieri toto illū pectoē admire. tā audacter cū illo loq̄e q̄ tecū. **T**u q̄dem ita viue. vt nihil tibi p̄mittas nisi qd̄ etiā amico tuo p̄mitte possis. **C**ū amico tuo oēs curas tuas. oēs cogitationes misce si fidelez putaveris. **S**unt enī qdā qui que amicis s̄t tm̄ p̄mittēda/oibus narrāt qdā charissimoz sciam reformidat illi credituri. neutz faciendū ē. vtrūqz enī viciū esti et oib<sup>z</sup> credē et illi. Nō circa pdicta q̄ amicicia p̄p̄t dicta tm̄ inuenit i reb<sup>z</sup> rōnabilib<sup>z</sup>. r vt sic amicicia est par volūtas bonoz inf aliq̄s. **S**z large accipiendo amicicia/sic etiā est i irrōnabilib<sup>z</sup>. et vt sic amicicia ē cordia diuersariū rez adiuicem

Finit scđs de Consolone phie. Sequit̄ tertius.

## Metz glyconicū.

**Q** uod mūd<sup>z</sup> stabili fide  
Cōcordes variat vi  
De pugnātia semina Cces  
Fedus perpetuū tenent  
De phebus roscum diem  
Curru prouehit aureo  
Et quas duxerit hesperus  
Phebe noctibus imperet  
Ut fūctus auidum mare  
Certo fine coercent  
Ne terris liceat vagis  
Latos tendere terminos  
Hanc rerum seriem ligat  
Terras ac pelagus regens  
Et celo imperitans amor  
Hic si freno remiserit  
Quicqd nūc amat iuuicem  
Bellum continuo geret  
Et quam nūc socia fide  
Pulcris moribus incitare  
Certo soluere machinam  
**H**ic sancto populos quoq  
Junctos federe continet  
Hic z coniugij sacram  
Castis necit amoribus  
Hic fidis etiam sua  
Dictat iura sodalibus  
P̄felix hominum genus  
Si vestros animos/ amor  
Quo celum regitur: regat.  
q̄dā charissimoz sciam reformidat illi credituri. neutz faciendū ē. vtrūqz enī viciū esti et oib<sup>z</sup> credē et illi. Nō circa pdicta q̄ amicicia p̄p̄t dicta tm̄ inuenit i reb<sup>z</sup> rōnabilib<sup>z</sup>. r vt sic amicicia est par volūtas bonoz inf aliq̄s. **S**z large accipiendo amicicia/sic etiā est i irrōnabilib<sup>z</sup>. et vt sic amicicia ē cordia diuersariū rez adiuicem